



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Purgatione Vvlgari. Titvlvs XXXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

stenium non fuerit coram nobis, quia tamen ex tenore relationis ipsorum a, quam dictus procurator exhibuit, ac si literæ ipse ostensa fuissent, nobis constitit evidenter, iudices ipsos prætermisso iuris ordine processisse: tam processum eorum, quam concessionem ecclesiarum à prædicto Abbate de mandato ipsorum factam, auct. Apo. retractamus, præsertim cum relationis ipsius series repugnantia contineat, & adversa. Dicitur enim quod crimen ejusdem Presbyteri, usque ad eod publicum b fuerat & notorium, quod nullus inficiationi locus penitus existeret, utpote cujus universæ vicinæ populis testis erat: & tamè ibidem præmittitur, quod eodem Presbytero terminum peremptorium præfixerunt, in quo (si posset) super infamia prædictorum criminum canonicè se purgaret: cum nimirum si crimen notorium existeret, non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda: & infra. Si verò nullus appareret legitimus accusator, & ipsum inveniretis apud bonos & graves super prædictis criminibus, vel ipsorum altero infamatum, purgationem ei canonicam indicatis, non obstante, quòd coram prædicto electo dicitur se purgasse: cum iudicio pendente coram iudicibus delegatis non steterit ordinarius purgationem indicare infamato.

[1 Nos induit ut fratrum nostrorum debeamus consultationibus respondere. & ab eis, quantum humana permittit fragilitas, dubitationis scrupulum amputare. Inde est quòd.]

CAP. XXII.

Non sufficit prealato de criminibus infamato jurare, eorum se purgat, quòd sit immunis ab illis criminibus: sed jurare debet, quòd post suam promotionem illa crimina non commisit.

Idem.

Accepimus e literas, quibus nobis intimare curastis, quòd Apostolico mandato super indicenda purgatione Archiepiscopo Bituntinen. recepto, ipsum citastis ut decuit: qui ad diem præfixum comparuit coram vobis d, juramentum purgationis offerens sub hac forma, videlicet quòd immunitas erat ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat: & infra. Ipse verò ad præsentiam nostram accedens, humiliter supplicavit, ut saltem super purgatione incontinentià dignemur temperare rigorem, quia non deberet asserere, quòd à natiuitate sua nunquam passus fuerit lapsum carnis. Porro cum ab eis non credatur exactum fuisse hujusmodi juramentum, potius forè præsumimus, quòd alia de causa volebat sub præscripta forma jurare: videlicet quòd immunis erat ab illis criminibus, de quibus fuerat infamatus, tanquam dimissis per penitentiam, jam esset immunis ab illis: sed hoc jurare, non parva temeritatis existeret: cum beatus Iob dicat e, Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea: & infra. Ideoque præscriptam purgationis formam, secundum quam idem Archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus, utpote indiscretam, temerariam, & ineptam: injungentes eidem, ut si voluerit & potuerit secundum hanc formam se purgare, secundum sanum intellectum: quem ei duximus exprimendum, videlicet quòd illa crimina graviora, id est, simoniam, venditionem iustitiæ, atque incontinentiam, de quibus infamatus extitit, juret se minimè commississe, postquam ad Archiepiscopalem promotus est dignitatem, & compurgatores sic jurent, quòd credunt eum verum jurasse: quo facto vos illum dimittatis in pace, alioquin, &c.

a Ipharons. b publication. c vid. Bar. in l. 1. §. accusatorem. ff. ad Sc. Thier. ubi citat hunc textum in puchro casu. d nobis, legitur in plerisque Cod. series tamen indicat legendum, coram vobis. e Iob. 9.

DE PURGATIONE a VULGARI. TITVLVS XXXV.

CAP. I.

Duella, & alie purgationes vulgares prohibita sunt, quia per eas multoties condemnatur absolvendus, & Deus tentari videtur. h. d. totus titulus.

Celestinus III.

Vra suscepti b regiminis: [1 & 7.] Cum t. f. duxerit sed. Apost. consulendam, utrum super ecclesiarum possessionibus duella debeat sustineri. Tue duximus sollicitudini respondendum, quòd in eo casu, vel aliis etiam hoc non debes aliquatenus tolerare. c

[1 Sæpedita tamen mul. cum non desinunt infamare. unde nobis humiliter supplicavit, ut ab illarum impetitionibus solutum faceremus ipsum prædictarum ecclesiarum pacifica possessione gaudere.]

CAP. II.

Summatum est sup. ca. proxim.

Innoc. III. prior. S. Sergii Spoletan.

Significantibus d v. laico, & fratribus ejus ad nostram noveris audientiam pervenisse, quòd quum quidam eos super furti crimine accusaret, cum eo coacti sunt inire duellum, in quo alius peccatis suis præpeditibus ceciderunt: propter quod per consules Spoletanos bonis fuerunt propriis spoliati: nunc verò furtum apud alios est inventum, & quòd ipsi fuerint innocentes, est (faciente Domino) revelatum. Unde consilibus ipsis dedimus in mandatis, ut ablata restituant universa.

CAP. III.

Summatum est sup. ca. 1.

Honorius III.

Dilecti e filii noviter in Livonia baptizati, gravem ad nos querimoniam destinarunt, quòd fratres templariorum, & alii, qui temporalem in eis potestatem exercebant, si quando de aliquo alio crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium subire compellunt: quibus si qua exinde sequatur adustio, civilem poenam infligunt. Cum igitur hujusmodi iudicium sit penitus interdictum, utpote in quo Deus tentari videtur: mandamus, quatenus dictos fratres, & alios, ut ab hujusmodi conversorum gravamine omninò desistant, per cens. eccles. appel. remota compellas.

DE INIURIIS ET DAMNO DATO.

TITVLVS XXXVI.

CAP. I.

Propter ejus brevitatem non summatum.

In Exodo. f

Si litati fuerint homines, & percussit alter proximum suum lapide, vel pugno g, & ille mortuus non fuerit, si b saucerit in lecto, qui percussit, operas ejus & impensas in medicos restituit.

CAP. II.

Breve est, & ideò non summatum.

In eodem

Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos & asinus in eam, dominus

a Vide B. Thom. 2. 2. q. 95. art. 3. ad 3. arg. b Ca. un. eod. tit. in 2. comp. c Adde quòd not. Bald. in l. 1. C. de Lat. lib. tol. ubi vide. d Ca. un. eod. tit. in 1. comp. vid. conc. Trid. sess. 21. de refer. c. 19. e Iva p. 10. c. 15. f Exod. 21. g vid. l. fin. cum gl. et concor. ff. de fentia. h al. ita: sed jauerit. i C. 3. tit. de damno dato. in 1. comp. Refert Ivo p. 16. c. 249. Exod. 21. Zzz 2